



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Cautela Confessarii Pro Foro Sacramentali Occasione  
Decretorum S. M. Alex. VII. Innoc. XI. Et Alexandri VIII. ...**

**Matthaeucci, Augustín**

**Francofurti Ad Moenum, 1711**

§. XV. Impedimentum impotentiæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40684**

## §. XIV.

## Impedimentum affinitatis.

75. **A**ffinitas est propinquitas orta ex carnali copula licita, aut illicita. Si antecedat Matrimonium, postea contrahendum dirimit: si superveniat, privat jure petendi debitum. De qua re diximus lib. 2. capit. 7. numer. 3. Vide Trident. sess. 6. cap. 4.

## §. XV.

## Impedimentum impotentia.

74. **P**er impotentiam, intelligitur prævia inhabilitas consummandi Matrimonium: sive se teneat ex parte viri, impotent seminare: sive ex parte feminæ, incapaci recipere. Vide omnino dicta cap. cit. num. 20.

75. Sed petitur, an impotentia proveniens ex maleficio debet censeri perpetua?

Resp. Affirmative; si per solum maleficum tolli possit: quia juxta axioma Juris prudentiae: illud non possumus, quod jure non possumus: illud autem jure non possumus, quod non possumus absque peccato. Ponicus, & Contentor.

76. Quæritur, an impotens censendus sit infirmus morti proximus, qui, ut a peccato concubinatus absolvatur, vult concubinam ducere?

Resp. Negativè, quia corpus per se est potens, & habile; & solum per accidens

ratione morbi, potentia coeundi non est expedita, ut ea tunc uti possit.

77. Nota, quod steriles, & senes validi Matrimonium contrahunt: modo apti, & habiles sint ad copulam. Errunt Matrimonium esset in remedium concupiscentiae, qui est finis secundarius, & minus principalis ipsius, juxta Paulum: Melius est nubere, quam urari. Vide ibid. num. 20.

## §. XVI.

## Impedimentum clandestinitatis.

78. **M**atrimonium clandestinum illud dicitur, quod aliter, quin coram Ecclesiæ Ministerio, & quibusdam testibus contrahitur: quod post Tridentum amplius non est.

79. Quæritur, an Parochus, coram quo debet contrahiri Matrimonium, ut sit clandestinum, debet esse ille viri, vel mulieris.

Resp. Vide supra §. I. num. 13.

80. Sed petitur, an debet esse Parochus Nativitatis, seu loci, in quo quis natus, vel debet esse ille domicilii, loci natus, in quo quis habitat?

Resp. Si locus nativitatis sit etiam domicilii, & habitationis, ille nativitatis esse debet: si vero alibi, non causa re-creationis, vel ob causam temporalis, sed statim reversurus ad propriam Patriam, quis habitat, Parochus habitationis debet matrimonio assistere. Unde Abbas apud Fagnani, in 3. ad casum significasti de Paro. numer. 36. tertium, quod proprius Parochus dicitur, in cu-